

lum & indecentia proveniat ex consensu externo, non interno. Sed

- 168 Resp. probabilis negativè. Ita P. Engel ad cit. tit. n. 5. Antonellus de Regim. Eccles. Episcopalis lib. 2. cap. 9. n. 4. Ratio est: quia, ut crebrius jam advertimus, SS. Canones ad bigamiam essentialiter desiderant intentionem & affectum maritalem. At, qui matrimonium nulliter ob defectum consensûs contraxit, in usu & commercio carnali non habet intentionem & affectum maritalem. Ergo &c.
- 169 Ad rationem Zoësil Resp. Ecclesiam, quæ de internis & occultis iudicium non exercet,

§. IV.

Quandonam Bigamia Similitudinaria contrahatur

- 171 Bigamia Similitudinaria nuncupatur, quando quis duo matrimonia contrahit similitudinariè, veluti quando Clericus post susceptum Ordinem Sacrum, aut Religiosus post emissam professionem in Religione approbata matrimonium contrahit cum unica & virgine, & consummat. Talis siquidem invalidè quidem contrahit matrimonium; adeoque nec verè, nec interpretativè fit bigamus; quia tamen spirituale matrimonium antecederet validè contraxisse videtur cum Ecclesia vel Religione per Votum solenne, & postea matrimonium carnale attentat, & de facto saltem consummat intentione & affectu maritali, per aliquam similitudinam efficitur bigamus cap. quæ Christo 20. cap. quousque 24. XXVII. q. 1. cap. de Diacono 1. cap. ex literarum 2. Qui Clerici vel vocent, non propter defectum Sacramenti, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto per cap. nuper 4. & cap. ult. de Bigam.

- 173 Dixi supra: cum unica & virgine. Quamquam enim nonnulli arbitrentur, bigamiam similitudinariam etiam tunc oriri, quando Clericus in Majoribus post mortem uxoris, ante Clericatum ductæ, aliam de facto ducit; aut quando ejusmodi Clericus aut Religiosus ducit viduam, vel corruptam ab alio per textum in d. cap. nuper 4. & cap. ult.

- Attamen longè melius cum Fagnano ad cit. cap. nuper n. 40. & seqq. & P. Pirhing ad eund. tit. n. 20. docent P. König ad cit. tit. n. 4. in f. & P. Schmalzgrueber ibid. n. 9. in similibus casibus non similitudinariam sed interpretativam bigamiam contrahi. Ratio est: quia tam

magis attendere consensum externum, quam internum; & consequenter in dubio præsumere, quòd verba, exteriori prolata, correspondant menti & intentioni. Sitamen 170 in foro conscientie aliquis certus esset de defectu intentionis, ac v. g. cum corrupta, quæ publicè credebatur virgo, contraheret, irregularis non foret, sed ad Ordines securè potest accedere; non obstante textu in cit. cap. nuper, in quo Subdiaconum, matrimonium contrahens, pronuntiat irregularis: quia non deficit intentio & consensus naturalis, sed tantum juridicus seu canonicus.

§. V.

Quandonam Bigamia Similitudinaria contrahatur

ille, qui contrahit secundum matrimonium invalidè; quàm ille, qui primum matrimonium invalidè celebrat cum vidua vel corrupta, si consensu naturalis haud deficiat, interpretativè bigamus efficitur per textum, in num. 157. allegatos: quantum enim est ex parte contrahentium, consensu ex Juris interpretatione affectum maritalem divisisse in duas, nec amplius habere significationem Sacramentalis integritatem. Et idèd quoad 176 dispensationem non aliter de talibus est dicendum, quàm de bigamis interpretativè talibus, ut patet ex cit. textibus in cap. nuper 4. & ult. de Bigam. in 6. non Adversariis favent, sed nobis.

Porrò Clerici in Sacris, & Religiosi, si maritalium contrahere de facto præsumpserint, incurant excommunicationem latæ sententiæ Clem. in. de Consanguin. & affinit. privilegii tamen Clericalibus non privantur, non tantum si contraxerint cum unica & virgine, atque adeò bigamiam similitudinariam incurserint, sed etiam si contraxerint cum vidua vel corrupta, & evaserint bigami interpretativi: siquidem textus in cap. ult. de Bigam. non ordinand. in 6. dum bigamos omni privilegio Clericali privat, intelligendus est de Clericis in Minoribus, bigamiam veram aut interpretativam contrahentibus: utpote cum bigamis prohibeat deportationem habitûs & tonsuræ; Clericis verò Majoribus non prohibetur, sed præceptum sit, habitum & tonsuram portare. P. Wiestner ad cit. de Bigam. non ordinand. n. 12. & seq. P. Schmalzgrueber ibid. n. 12. & seq. nuper.

§. V.

An & à quo in Bigamia dispensetur?

- 179 Impedimentum bigamiæ prorsus indispensabile videri posset, si quis inspiciat textum in cap. super eo 2. cap. nuper 4. cap. ult. d. 1. ubi S. Pontifex luculenter fatetur, quòd in bigamia dispensare non liceat contra Apostolum, utpote qui 1. ad Timoth. 3. bigamos ab Episcopatu repellit. Verùm, si repetantur dicta in num. 136. ubi dictum est, impedimentum bigamiæ solum ex Jure Ecclesiastico suam

originem traxisse: evidenter concluditur, id Pontificiæ dispensatione rursus auferri posse. Quòd autem in citat. textibus dicitur, 181 in bigamia non dispensari contra Apostolum, non denotat impossibilitatem, sed difficultatem dispensationis: eò quòd Pontifex in hac irregularitate, quæ temporibus Apostolorum jam viguit, non facile soleat dispensare per cap. nisi cum 10. vers. persona verò de Renuntiatis.

Solum

- 182 Solum igitur controverti potest, an Episcopus aliquando dispensare valeat cum bigamis? Ubi denud cum plerisque supponitur, Episcopum dispensare posse cum bigamis, similitudinariè talibus, si, peractâ penitentia, laudabiliter vixerint. Textus in cap. sane 4. de Clericis conjugat. cap. de Diacono 1. Qui Clerici vel vocent.
- 183 Rationem dant: quòd isthæc bigamia non tam oriatur ex defectu significationis, quàm ex delicto; & consequenter faciliorem dispensationem veniat.

- 184 Supponendum quoque, Episcopum in vera & interpretativa bigamia ad susceptionem Ordinum Majorum dispensare non posse: nec enim textus alicubi reperitur, in quo dispensandi potestas Episcopo concessa legitur. Ad eòque controversia tantum est de susceptione Ordinum Minorum, ad quos Episcopo dispensandi facultatem tribuit Sylvester in Summa 1. bigamia q. 6. S. Thom. Sanchez, & Avila, quos citat P. Pirhing ad tit. de Bigam. num. 28. Negat eontrâ Innocent. in cap. super eo 2. de Bigam. num. 1. Abbas ibid. num. 5. Barbofa de Off. & pot. Ep. alleg. 49. n. 25. P. Pirhing d. l. Clariss. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. num. 15. Hancque sententiam hodie per cap. ult. de Bigam. in 6. decimam esse, advertit Clariss. P. Petrus Gugrath ad idem cap. num. 55.

- Ibi enim Clerici Minores, si bigami fiant, ex constitutione & decisione Concilii Lugdunensis exuuntur omni privilegio Clericali, foro seculari subiciuntur, & sub pena excommunicationis, à deportatione habitûs & tonsuræ excluduntur: ex quo deducitur, Episcopo non licere, decisionem Conciliarem infringere, & dispensationem concedere ad Ordines Minores, à quorum exercitio, juribus, & privilegiis Clerici jam ordinati remouentur. Suffragatur etiam Jus antiquius in cap. non consulas 59. Dist. 50. & Jus novius in Concilio Tridentino sess. 23. de Reformat. cap. 17. ubi prohibetur, ne ad Ordines Minores ab Episcopis assumantur bigami; si que insinuat, in potestate Episcopi non esse, ad eosdem Ordines dispensare.

- 185 Nec obstat I. quòd in cap. Lector 18. Dist. 34. asseratur: Lector, si viduam alterius duxerit, in Lectoratu permaneat; aut, si forte necessitas sit, Subdiaconus fiat; nihil autem supra: similiter, & si bigamus fuerit. Resp. enim hunc textum procedere de Jure antiquiori, quò in casu necessitatis, dum erat penuria Clericorum, licebat Episcopo, bigamos ad Ordines Minores, aut etiam ad Subdiaconatum promovere; qui tamen hodie per cit. cap. ult. & Trid. cit. sess. 23. cap. 17. abrogatus manet.

- 186 Nec obstat II. quòd Episcopus ad Ordines Minores valeat dispensare cum illegitimis cap. is qui 1. de Filiis Presb. in 6. nec non cum adulteris & aliis criminosis cap. & si Clerici 4. §. de adulteris de Judo. Nam exinde non potest eadem potestas ad bigamos extendi: utpote cum extenso de casu ad casum, planè distinctum, permessa non sit; præsertim ubi discrimen assignari potest, uti hic: quia funda-

mentum irregularitatis, seu defectus significationis Sacramentalis, aboleri non potest; seu tunc purgari potest macula, ex natalibus aut criminibus contracta.

Major est controversia: num Episcopus tunc saltem dispensare possit in bigamia, quando illa est occulta? Affirmant potiores contra Suarezium, quando bigamia oritur ex delicto occulto, veluti si quis secundum matrimonium scienter & invalidè contrahat, ac consummet; Barbofa de Off. & pot. Episc. d. l. 193 leg. 49. n. 25. & 27. Antonellus de Regim. Eccles. Episcop. d. lib. 2. cap. 9. n. 19. Fagnan. ad cap. nuper d. l. n. 9. & 10. P. Reiffentuel ad cit. tit. n. 31. P. Wiestner ad cit. tit. n. 18. Ratio petitur ex Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 6. ubi Episcopis datur potestas dispensandi in irregularitatibus, quæ promanent ex delicto occulto.

Negat eontrâ, quando bigamia est sine delicto, uti si quis validè contraxisset duo matrimonia, aut viduam vel corruptam validè duxisset: tunc enim Concil. Trid. quòd potestatem dispensandi restringit ad irregularitatem ex delicto occulto, patrocinari nequit.

Verùm P. Engel ad tit. de Majoris. & obed. 195. num. 50. existimat, aliquem erroris damnari non posse, qui generaliter doceret, Episcopum in quacunque irregularitate occulta, quæ habet annexum delictum juridicum, hoc est, defectum in virtute vel significatione, qualem patitur bigamus, dispensare posse. Ratio repetitur ex num. 86. ubi dictum est, hanc dispensandi potestatem, cum favorabilis sit, ac Jure Communi indulta, latius explicandam; idèdque etiam ad delicta minus propria extendendam esse; ne melior sit conditio, & citius dispensationem impetret, qui deliquit, ac duo v. g. vel unum matrimonium scienter ac invalidè contraxit, ac qui non deliquit, sed v. g. cum illa, quæ occultè erat ab alio corrupta, validè matrimonium celebravit. Accedit, quòd, ut probè notavit cit. P. Engel, Concil. Tridentinum delicti mentionem fecerit, non tam propter irregularitatem, quàm propter suspensionem, quæ, si rationem habeat censuræ, semper delictum habet annexum.

De Prælati Regularibus, qui Jurisdiccionem quasi-Episcopalem in suos subditos Regulares exercent, communicet doceri conperio, quòd in bigamia similitudinaria cum illis dispensare possint. Barbofa de Off. & pot. Episc. d. alleg. 49. n. 31. Antonell. d. l. 2. cap. 9. num. 10. P. Engel ad tit. de Bigam. n. ult. P. Pirhing ibid. n. 32.

Quòd si Episcopus bigamum absque dispensatione scienter ordinet, incurrit suspensionem eorum Ordinum, quos bigamo contulit, eique per integrum annum non amplius licet celebrare Missam cap. nullius 2. Dist. 55. cap. super eo 2. de Bigam. non ordinand. Hanc verò notam non esse latæ, sed ferendæ sententiæ, ex verbis cit. cap. super eo 2. jure deducunt P. Pirhing cit. l. n. 26. Clariss. P. Schmalzgrueber

101ber ad eund. tit. n. 10. Ordinatus econtra privatur usu & exercitio omnium Ordinum d. cap. super eo & seqq. d. 1. Irregularitas siquidem per sacrilegam Ordinum susceptionem non alleviatur, sed aggravatur. Conferatur P. Schmalzgrueber cit. d. n. 11.

SECTIO III.

De Vitio Corporis.

SUMMARIA.

202. Describitur Vitium Corporis. 203. Est defectus in Corpore. 204. & seq. Obstant, quod minus aliquis ordinari possit. 106. & seqq. Describitur mutilatio. 209. & seqq. Qui propria culpa minimam partem per mutilationem amisit, est irregularis. 213. & seqq. Qui sine culpa mutilatus est, non aliter fit irregularis, quam si per amissionem partis corporalis sit inhabilis ad functionem Ordinis. 216. & seq. Quidam castratus ob conservationem vocis absolvunt ab irregularitate. 218. Alii rectius non absolvunt. 219. & seqq. Satisfit objectionibus. 224. & seqq. Secundum aliquos irregulares sunt, qui dant operam rei illicitae, & mutilationibus obnoxia. 227. Contrarium asseritur. 228. & seqq. Opposita remouentur. 231. & seqq. Ostenditur, quod irregularitas ex mutilatione sit absoluta, & ab omnibus Ordinibus aliquem repellat. 234. & seqq. Si autem post Ordinationem sint propria culpa superveniat, tantum est partialis, respectu actus, quem impedit. 238. & seq. Mutilatio culpabilis, est notoria sit, irregularitatem ponit. 240. Describitur debilitas. 241. Subjiciuntur exempla. 242. & seq. Carentia oculi dexteri non causat irregularitatem. 244. & seqq. Neque carentia sinistri, vel alius defectus, si nulla concurrat deformitas. 248. Irregularitas ex debilitate est absoluta. 249. & seqq. Abstinent tantum prohibetur ordinari in Sacerdotem. 253. & seqq. Atheros, qui impedit usum Ordinum, est causa irregularitatis. 258. & seqq. Si debilitas Ordinibus jam susceptis superveniat, tantum parit irregularitatem partialem. 262. & seq. Describitur deformitas. 264. & seqq. Dantur exempla. 268. & seqq. Is, cui oculus est erutus, est irregularis, licet substitutus substituitur. 271. & seq. Deformitas infert irregularitatem universalem. 273. Si Ordinibus superveniat, impedit exercitium publicum. 274. & seq. Privatum quandoque cum Episcopi licentia conceditur. 276. Irregularitas ex vitio corporis tollitur Apostolica dispensatione. 277. & seq. Quae tamen variis conceditur. 279. & seq. Episcopus dispensat in irregularitate, quae provenit ex occulta mutilatione. 281. & seq. Non dispensat in irregularitate manifesta. 283. & seq. Nisi irregularitas sit dubia.

201ber ad eund. tit. n. 10. Ordinatus econtra privatur usu & exercitio omnium Ordinum d. cap. super eo & seqq. d. 1. Irregularitas siquidem per sacrilegam Ordinum susceptionem non alleviatur, sed aggravatur. Conferatur P. Schmalzgrueber cit. d. n. 11.

§. I.

Quid sit Vitium Corporis?

202 Tertium impedimentum seu species irregularitatis est Vitium Corporis, hoc est, defectus in corpore, obstant, quod minus aliquis ad ministerium Altaris promoveri valeat. 203 Dixi I. defectus in corpore. Quamquam enim vitium aliis tam defectum animi quam corporis complectatur l. Labeo 1. §. 9. ff. de Edilit. ed. attamen in praesenti tantummodo denotat defectum corporalem, ut patet ex rubrica & nigro tit. de Corpore Vitiatu Ordinaru, vel non tot. Dist. 55. 204 Dixi II. obstant, quod minus aliquis. Quis ille sit, non attenditur: quicumque enim defectum in corpore juxta dicenda in §. 2. & §§. sequentibus patiuntur, ratione cuius ad ministerium Altaris minus habiles aut digni reputantur, sunt irregulares cap. illiteratos 1. Dist. 36. Dixi III. ad ministerium Altaris promoveri valeat. Itaque non possunt Ordinibus Ecclesiasticis insigniri, qui notabilem in corpore defectum habent: cum enim in antiqua jam Lege Levit. 17. decretum fuerit, ut, qui corpore vitiatum vel maculatum erant, non admitterentur ad ministeria Divina: longè magis in Lege nova ab Altaris ministerio, quod eminenter est sanctius & excellentius, arceri debent. Gonzalez ad sup. cum de ius 2. de Corpore Vitiatu. num. 6. Revidentur dicta in tract. de Adm. acquir. Pralat. cap. 1. n. 237. & seq.

202 Tertium impedimentum seu species irregularitatis est Vitium Corporis, hoc est, defectus in corpore, obstant, quod minus aliquis ad ministerium Altaris promoveri valeat. 203 Dixi I. defectus in corpore. Quamquam enim vitium aliis tam defectum animi quam corporis complectatur l. Labeo 1. §. 9. ff. de Edilit. ed. attamen in praesenti tantummodo denotat defectum corporalem, ut patet ex rubrica & nigro tit. de Corpore Vitiatu Ordinaru, vel non tot. Dist. 55. 204 Dixi II. obstant, quod minus aliquis. Quis ille sit, non attenditur: quicumque enim defectum in corpore juxta dicenda in §. 2. & §§. sequentibus patiuntur, ratione cuius ad ministerium Altaris minus habiles aut digni reputantur, sunt irregulares cap. illiteratos 1. Dist. 36. Dixi III. ad ministerium Altaris promoveri valeat. Itaque non possunt Ordinibus Ecclesiasticis insigniri, qui notabilem in corpore defectum habent: cum enim in antiqua jam Lege Levit. 17. decretum fuerit, ut, qui corpore vitiatum vel maculatum erant, non admitterentur ad ministeria Divina: longè magis in Lege nova ab Altaris ministerio, quod eminenter est sanctius & excellentius, arceri debent. Gonzalez ad sup. cum de ius 2. de Corpore Vitiatu. num. 6. Revidentur dicta in tract. de Adm. acquir. Pralat. cap. 1. n. 237. & seq.

§. II.

Quid sit Mutilatio?

206 Vitium corporis est triplex, Mutilatio, Debilitas, & Deformitas. Mutilatio, de qua hic, est carentia alicujus membri, ut notat Canonista cum P. Engel ad cit. tit. num. 1. P. König ibid. n. 2. Membrum autem, in rigore loquendo, est pars corporis, quae notabilem & peculiarem functionem, à cæteris partibus distinctam, habet, v.g. lingua, oculi,

206 Vitium corporis est triplex, Mutilatio, Debilitas, & Deformitas. Mutilatio, de qua hic, est carentia alicujus membri, ut notat Canonista cum P. Engel ad cit. tit. num. 1. P. König ibid. n. 2. Membrum autem, in rigore loquendo, est pars corporis, quae notabilem & peculiarem functionem, à cæteris partibus distinctam, habet, v.g. lingua, oculi,

Verum,

209 Verum, quidquid de hoc sit, in ordine ad praesens argumentum est distinguendum, utrum aliquis per culpam propriam fuerit mutilatus, forte quod seipsum absque necessitate truncaverit, aut ab alio truncari voluntariè procuraverit, vel permiserit; an sine culpa propria. Primò casu est irregularis, esto neque necessarium, neque membrum integrum, sed partem duntaxat, amiserit. 211 Textus in cap. qui partem 6. Dist. 55. & ratio ibidem redditur: quia in hujusmodi casu non tam attenditur defectus aut deformitas corporis, quam scævicia & crudelitas voluntatis, quæ quis in injuriam Creatoris illius imaginem aggressi, & truncare praesumit. P. Engel cit. l. num. 7. S. Schmalzgrueber ibid. n. 3. Tamburin. de Casur. & irregular. cap. 8. §. 2. n. 4. & seqq. notans, aliud esse in abscissione particulæ carnis v.g. unguis, barbæ, capilli &c. 212 Nec obstat, quod ille, qui alterum mutilat, tantum in parte membri, ac digitum v.g. amputat, non fiat irregularis. Disparitas enim est, quòd, sicut ordinata charitas incipit à persona propria; sic etiam magis contra charitatem delinquit, qui in seipsum, quam in alterum, crudelis est. Secundò casu mutilatus non aliter fit irregularis, quam si per amissionem partis corporalis factus sit inhabilis ad functionem Ordinis; veluti si quis manum vel pedem vel pollicem amiserit; aut redditus fuerit deorsum per cap. exposuisti 6. de Corpore Vitiatu. Unde qui propter infirmitatem, aut saltem contra voluntatem castratus est, vel aliò membrò truncatus, non repellitur ab Ordinibus cap. hi qui 5. & seqq. Dist. 55. cap. ex parte 3. d. 1. Similiter si quis in pollice vel illius articulo casu vel culpa alterius sit vulneratus ac mutilatus, atramen ad frangendam hostiam in sacrificio fat potens & fortis remanserit, irregularis non censetur cap. ult. d. 1.

grueber num. 5. Ratio est I. quia, si quis irregularis fiat, quando ad servandam castitatem, & superandas carnis tentationes, aut seipsum castrat, aut ab alio se castrari sinit, ut habent textus clarissimi in cap. si quis 4. & mult. seqq. Dist. 55. cap. ex parte 5. de Corpore Vitiatu. quanto magis irregularis erit, qui castratus ex causa conservandæ vocis? II. quia, ut constat ex num. 210. quæcumque mutilatio, quæ provenit ex culpa propria, causat irregularitatem: nec enim in seipsum scævire, & corpus, cujus dominium non habet, truncare vel mutilare alicui concessum est, nisi hoc exigat necessitas aut salus totius corporis. Ad rationem dubitandi Resp. castrationem inprimis non esse medium, ad vitæ conservationem ex natura rei destinatum: tum quia sunt alia media, longè expeditiora, quibus de victu & vestitu quis sibi providere potest: tum quia vox est res valde fragilis & instabilis, & semel à castratis amissa, vix amplius recuperari potest. Deinde gloria & laus Divina perinde aut melius promovetur per voces & modulationes adolescentium & aliorum, quam per voces & modulationes castratorum, nihil dicendò cum P. Engel cit. l. quòd suavitas vocis nonnquam intra, frequentius autem extra Ecclesiam, ad lativiam deserviat. Quòd autem homo dicatur usufructuarius membrorum suorum, non tam proficit, quam officit castratis: nam usufructuarius rem, in usum fructum concessum, salvam & integram conservare tenetur, nec potest rem minus utilem, v.g. arborem aridam & infructuosam, eradicare, & aliam meliorem substituere per textum in l. usufructu 7. §. ult. in fin. l. quantumvis ff. de Usufr. Ergo nec homo poterit unum ex membris, quamvis inutile videatur, sub spe majoris utilitatis abscindere: utpote cum ista abscissio cedat in injuriam Creatoris, & tales abscissores inimici conditionis DEI appellentur cap. si quis 4. Dist. 55. ac per ipsas quoque Civiles Leges severè puniantur, ut patet ex l. ejusdem 3. §. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicut. l. si quis 1. Cod. de Eunuch. Nov. 142. per tos. Gonzalez ubi supra n. 7.

214 Corpore Vitiatu. Unde qui propter infirmitatem, aut saltem contra voluntatem castratus est, vel aliò membrò truncatus, non repellitur ab Ordinibus cap. hi qui 5. & seqq. Dist. 55. cap. ex parte 3. d. 1. Similiter si quis in pollice vel illius articulo casu vel culpa alterius sit vulneratus ac mutilatus, atramen ad frangendam hostiam in sacrificio fat potens & fortis remanserit, irregularis non censetur cap. ult. d. 1. 216 Dubitatur autem I. utrum, qui castratus est, ex causa retinendæ & conservandæ vocis, irregularis efficiatur? Ratio dubitandi est: quia castratio propter conservationem vocis est medium perquam opportunum, quò non tantum castratus poterit facilius seipsum alere, sed etiam DEUM & Superos in Ecclesia laudare. Unde, quantumvis aliàs dicatur, quòd homo non sit dominus membrorum suorum, poterit tamen ex causa tam honesta in virilium abscissionem consentire: quia saltem est usufructuarius membrorum, & ea in melius & utilius opus commutare potest. Itaque cum aliquibus sentit Illustriss. Caramuel in Theologia fundamenti. fundam. 45. §. 19. & probabile judicat Tambur. cit. l. §. 2. n. 16. Sed Respondendum, ac dicendum, taliter castratum irregulare effici. Ita Pignatelli tom. 7. consulti. 66. post n. 17. ubi hanc quaestionem ex instituto movet, ac inter Authores contrarios P. Emanuele Sanz refutat. Ita Gonzalez ad sup. ex parte 5. de Corpore Vitiatu. num. 5. in fin. P. Engel d. l. n. 12. P. König ad d. cit. n. 5. P. Weitner ib. n. 22. P. Schmalzgrueber ibid. n. 2.

Dubitatur II. utrum irregularis fiat, qui dedit operam rei illicitæ; ac propterea membrum aliquod aut partem illius amisit? Multi cum Covarruv. in Clem. si fructus de Homicid. p. 2. §. 4. à n. 22. Barbosa in cap. ex parte 3. de Corpore Vitiatu. n. 3. P. Birhing ad d. l. sub n. 12. Reissentuel ad eund. tit. n. 32. distinguunt, utrum actio illicita sit de se periculosa, ac mutilationi obnoxia, qualis est duellum; an verò actio illicita tali periculo careat, qualis est adulterium. Priore casu asserunt, irregularitatem contrariè per textum in cap. de presbytero 1. de Corpore Vitiatu. & paritatem, ex homicidio deductam in cap. presbyterum 7. cum seq. de Homicid. ubi, qui alterum occidit, quòd dederit operam rei illicitæ, irregularis declaratur; & posteriore casu negant, irregularitatem confurgere: quia textum & rationem adducere non possunt.

N n n

Ego

- 227 Ego tamen cum P. Wiestner ad *tit. de Corpore P'iat. n. 19.* & P. Schmalzgrueber *ibid. sub n. 8.* propenior sum in eam sententiam, quae negat irregularitatem indistincte. Ratio unica, sed stringens est: quia irregularitas est odiosissima, nec potest aditui sine manifesto textu per *cap. si qui 18. de Sent. excommunicat. in 6.* Manifestus autem textus non legitur, quod statuat irregularitas in casu, quod quis operam dedit rei illicitae, actionem esse periculosam, & mutilationi obnoxiam, instituenti. Ergo &c.
- 228 Ad textum in *cap. de Presbytero 1. de Corpore P'iat.* Resp. ex eo non mediocre robur accedere resolutioni nostrae: nam Presbytero, qui duellum sponte obulerat, & susceperat, ac partem digiti perdidit, indulgetur facultas, in Ordine suo ministrandi; addit ratio: quod non perdidit tantum de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare. Et licet haec facultas indulgetur misericorditer, ac per aliam demum poenitentiam: id tamen nequam accidit propter irregularitatem, sed propter scandalum, publice datum, ac poenam suspensionis, quam alias propter duellum commoverat.
- 230 Ad paritatem adductam de homicidio vel mutilatione alterius Resp. illam in exola & odiosa hac materia claudicare: dum irregularitas a casu, in Jure expresso, ad alterum, non expressim, extendi nequit.
- 231 Dubitatur III. utrum, qui propter mutilationem tantum est inhabilis ad unum Ordinem, ac v. g. propter amissionem pollicis vel indicis solum est ineptus ad Sacerdotium, possit ad alios Ordines promoveri?
Resp. negativè. Ita P. Pirhing ad *tit. tit. sub n. 17.* P. Reiffenstuel *ibid. n. 9. & seqq.* & plures, quos refert, & sequitur Clariss. P. Schmalzgrueber ad *enud. tit. n. 12.* adducens ex Garcia declarationem Congregat. Cardinalium. Ergo recitati textus non attenduntur mutilationis notorietatem, sed DEI injuriam, & crudelitatem voluntatis, quae perinde committitur, si mutilatio maneat occulta.

§. III.

Quid sit Debilitas?

- 240 **D**ebilitas est defectus vigoris & activitatis in membro, ad exercendam functionem & ministerium, ad quod a natura fuit destinatum. Adeoque si quis omnia quidem & integra habeat membra, sed tamen unum vel alterum, quod pertinet ad officium Altaris, inutile & insufficientis, v. g. oculos caecos, aures surdas, os mutum, pedes ligatos &c. est irregularis, & ineptus ad Ordines. Ita de surdis (non surdoflris) & mutis statuitur in *can. 77. Apostolorum*; & caecis in *cap. constitutionem 2. in pr. de V.S. in 6.* de claudis & cum baculo incedentibus in *cap. nullus Episcopus 57. de Conf. Dist. 1.* Secus est de claudis, baculo non egentibus *cap. si quis 10. Dist. 55.* sicut etiam de habentibus pedem ligneum,

servitium Divinum, & Sacros Ordines promovendi. Ratio desumitur ex *d. cap. illius. 233. raris*, ubi dicitur, quod juxta Legalia praecepta nihil vitiosum DEO offerri possit: ideoque mutilatio, cum faciat hominem in corpore vitiosum, causat absolutam irregularitatem, & facit, ut neque Sacerdos fieri, neque ad alios Ordines promoveri possit.

Dubitatur IV. utrum irregularitas inducatur, quando mutilatio post Ordines jam susceptos accidit?

Resp. quòd, si culpa propria mutilati non accesserit, irregularitas tantum inducatur, quoad Ordinem vel illius actum, respectu quoque mutilatio ponit impedimentum. Textus in *cap. presbyterum 2. de Clerico agrot. ubi Presbytero, sic mutilato, tantum celebratio Missae, non autem functio caeterorum actuum Sacerdotalium interdicitur.* Gonzalez ad *cap. cum de tua 2. de Corpore viciat. n. 8. in fin.* Reiffenstuel ad *enud. tit. num. 12.* Ratio est: quia, praeterquam quòd afflicto non sit addenda afflictio; insuper non solet quis tam facile privati jure jam quaesito, sine proprio delicto; quam jure, primum quaerendo. Dixi: *si culpa propria non accesserit.* Haec enim impedit Ordinis susceptionem, & simul privati usum Ordinum susceptorum ex *num. 210.*

Dubitatur V. utrum irregularis reddatur, qui juxta *num. 210.* propria culpa mutilatus est, esto mutilatio, quòd accidit in membro vel parte corporis occulta, non sit notoria?

Resp. cum Suarez, Garcia, & aliis, quos laudat & sequitur P. Reiffenstuel ad *tit. tit. n. 29.* affirmativè. Ratio deprimitur ex *cap. si quis 4. & seqq. Dist. 55.* ubi non solum generaliter & indistincte pronuntiantur irregulares, qui seipos mutilarunt; sed etiam in specie, qui partes corporis occultas sibi absciderunt, vel abscindi fecerunt: quia scilicet in DEUM injurii, & in seipos crudeles fuerunt. Ergo recitati textus non attenduntur mutilationis notorietatem, sed DEI injuriam, & crudelitatem voluntatis, quae perinde committitur, si mutilatio maneat occulta.

non tamen visibilem cum deformitate. Tamburin. *tit. l. §. 1. n. 17.* Verùm
Dubitatur I. an, qui in uno tantum oculo caecus, & potentia vivax est destitutus, sit irregularis?

Resp. si oculus dexter potentia vivax destitutus, sinister verò sit integer & videns, ex communi DD. opinione, cujus testimonio perhibet P. Engel ad *tit. de Corpore P'iat. n. 5.* nulla inducitur irregularitas.

Ratio est: quia si oculus sinister sit integer & videns, nulla censetur adesse debilitas: eò quòd omnia, quae spectant ad officium Divinum, cum decore peragi valeant. Sin autem sinister oculus (qui cum ad legendum Canonem in Missa solet adhiberi, *canonicus* appellatur) sit caecus,

cus, & dexter videns, Suarez & Garcia apud *tit. P. Reiffenstuel num. 18.* irregularitatem

adesse contendunt. Verùm *tit. P. Engel, Barbosa de Off. & per. Episcop. alleg. 42. num. 31.* Tamburin. de *Censur. & irregularit. cap. 8. §. 1.* P. Pirhing ad *tit. tit. n. 6.* P. König *ibid. n. 5.* irregularitatem non aliter admittunt, quam si concurrat notabilis deformitas, ita ut praedictus tali oculo non possit legere Canonem, absque indecora & probrosa conversione facta ad populum. Ratio est: quia, si notabilis deformitas non concurrat, deest vitium & fundamentum irregularitatis: nec enim reperitur mutilatio, dum omnia membra supponuntur integra; nec etiam subest debilitas, dum, caecitate sinistra, dexter oculus est sufficienter dispositus ad legendum Canonem, & peragendum Sacrificium.

Ex eadem fere ratione cum aliis a se citatis, defendit *tit. Tamburin num. 3.* irregularitatem non esse, qui peripicillis indiget; qui die solummodo, non item de nocte videt; qui maculam in oculo habet &c. dummodo notabilis deformitas ejusmodi defectum non committit.

Dubitatur II. utrum irregularitas, quam causat debilitas, sit absoluta, & omnium Ordinum exclusiva?

Resp. quòd sic. Textus, Doctores, & rationem jam dedimus in *n. 231. & seqq.* Quoad abstemios verò, qui vinum bibere non possunt, atque adeo nequeunt ad Sacerdotium, quod destinatur ad consociendum & sumendum Sacrosanctum Christi Sanguinem, promoveri, ut cum Panormit. ad *cap. ex parte 5. de Celebr. Missae. n. 1.* caeteri Expositores docent, major est difficultas, utrum ad Ordines Minores, Sub- & Diaconatum ascendere valeant?

Affirmat tamen P. Engel ad *tit. de Corpore P'iat. n. 17.* Ratio est: quia, quidoneus est ad functionem Ordinum Minorum, nec non Diaconatus & Subdiaconatus exercendam, is Minores suscipere, & Subdiaconus aut Diaconus ordinari potest. Atqui abstemius est idoneus ad functionem Ordinum Minorum, nec non Diaconatus & Subdiaconatus exercendam: nec enim Minorista, Subdiaconus, aut Diaconus Sacrosanctum Sanguinem in Sacrificio libare, sed tantum Sacerdoti consecranti & sumenti Sanguinem Christi Domini, ministrare tenetur. Ergo &c. Confirmari potest: tum quia Laicus conjugatus, qui contraxerit cum unica & virgine, tamen non possit ad Ordines Sacros promoveri, potest tamen Ordinibus Minoribus initiari: tum quia sunt multi Cardinales Diaconi, & multi Canonici Cathedralis Subdiaconi, qui ad Ordinem Sacerdotii ascendere nec debent nec volunt. Ergo tamen abstemius non possit esse Presbyter, Minorista tamen, Subdiaconus, & Diaconus esse non prohibetur.

Caeterum ne ad veritatem dicta in *num. 247.* Responderi potest, abstemium proprie loquendo non habere vitium corporis: utpote cum ex communi persuasionem defectum in corpore

pati non censetur, qui vinum gustare non potest.

Dubitatur III. an, qui laborant morbo aliquò, sint irregulares?

Resp. quòd sint, dummodò morbus sit talis, ut causet debilitatem virium, & faciat morbosum inhabilem ad ministerium Altaris. Wiestner ad *tit. de Corpore P'iat. n. 4.* Schamb. *ib. n. 10.* Sic ergo, qui propter frigiditatem vel debilitatem stomachi nauseam & vomitum saepe patitur, est inhabilis: quia Sacrum Sanguinem interdum omnino non sumere, aut saltem absque periculo irreverentiae, non poterit.

Barbosa *alleg. 45. n. 54. in f.* Sic etiam qui paralyticus est, phreneticus, à demone obsessus, vel morbo caduco correptus, est inhabilis ad officium Altaris per *cap. communiter 3. Dist. 33.* quia vix unquam certus est, possitne functione sacramentali inchoare vel perficere. P. Schmalzgr. ad *d. r. sub n. 11.* Schamb. *d. l.* Sic etiam, qui contractus habet digitos aut pedes, vel ambulare & stare non potest, est inhabilis ad exercitium Ordinum: quia ad Altare accedere, ad Sacrificium stare, Hostiam tractare, & caetera Altaris munia obire non potest.

Et hinc Facultas nostra, in factis contingentiis non ita pridem consulta, judicavit, eum, qui propter longam & continuam podagram nec ambulare, nec ob contractos in una manu digitos canonicos celebrare, vel alia munera Episcopalia peragere potest, non posse in Episcopum promoveri vel ordinari. Passerinus de *Elit. cap. 25. n. 321.*

Dubitatur IV. utrum, si debilitas superveniat Ordini, jam suscepto, nihilominus irregularitatem causet?

Resp. quòd irregularitatem simpliciter non causet, sed tantum impedit ad exercitium illius actionis, respectu cuius est inducta inhabilitas. Antonellus de *Regim. Ecol. Episcop. lib. 2. cap. 5. n. 10.* P. Reiffenstuel ad *tit. de Corpore P'iat. n. 12.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 14.* Ratio desumitur ex *num. 236.* quia, qui jam ordinatus est, acquisivit jus ad actus Ordinis suscepti exercendos: adeoque propter impedimentum, absque propria culpa postmodum superveniens, non debet privari usu & exercitio illarum functionum, ad quas adhuc idoneus & habilis est. Unde Sacerdos caecus poterit audire Confessiones, aut, si memoriter sciat, Missam votivam vel profundis, assistente aliò Sacerdote, ex sententia Tamburini *d. l. §. n. 4.* legere; Sacerdos mutus assistere matrimonio; Sacerdos, in digito canonico, ad frangendam hostiam factus debilis, poterit exercere officium Diaconi vel Subdiaconi. Schambogen *tit. l. n. 3.*

De morbois specialiter cautum est, ut, si morbus post susceptionem Ordinis superveniat, ad ministerium Altaris non admittantur, donec per spatium unius anni ex integro convalescente probat fuerint per *cap. communiter 3. Dist. 33. cap. in l. VII. q. 2.* P. Engel ad *tit. tit. n. 16.* P. Schmalzgrueber *sub n. 11.* Schambogen *tit. n. 10.*

§. IV. Quid sit Deformitas?

- 261 **D**eformitas est defectus corporis exterior & visibilis, faciens, ut aliquis sine scandalo, risu, vel horrore conspici non possit. P. Engel ad saepe cit. tit. de Corpore Vitae. num. 1.
- 262 Taliter itaque deformis ordinari non potest arg. cap. de rectoribus 3. Indecens enim & inconueniens est, ut, dum in Ecclesia peragitur Diuini Ministerium, ad laudem & gloriam, Supremæ Majestatis, populus, ibidem congregatus, ex aspectu ministrorum ad horrorem, risum, aut scandalum moueatur.
- 263 In specie propter deformitatem irregulares censentur, qui peccant in statura vel quoad excessum, quod enormiter magni & gigantes sint aequales; vel quoad defectum, quod nimium parui, nani, ac pygmei sint, brachia vel manus atrolare ad Altare non potentes;
- 264 qui gibbum monstruosum, aut curuitatem corporis adeo depressam habent, ut se erigere,
- 265 & erecto corpore consistere nequeant; qui ventrem protrugunt & prominentem; aut vultum corrotum, scabiosum, cicatrice vel
- 266 scedâ maculâ deturpatum habent; qui narius, vel auriculis sunt truncati, nec auricularum truncationem capillis tegere valent; item qui leprâ notabiliter percussii sunt cap. de rectoribus 3. cum seq. de Clerico agros. Barbosa de Off. & pot. Episc. alter. 42. per tit. Tamburinus d. l. n. 15. & seq. Pithing ad tit. de Corpore Vitae. n. 6. Wiellner ibid. n. 11. Schmalzgrueber ibid. n. 13.
- 267 Dubita ur I. an, cui erutus est oculus, sit irregularis, etiam tunc, quando oculus fictitiu ex lapide aut vitro est substitutus? Resp. affirmatiue cum P. Engel cit. l. num. 6.
- 268 Textus est in cap. ult. Dist. 55. ubi is, cui erutus est oculus, simpliciter irregularis pronuntiat; nec distinguitur, an oculus fictitiu
- 269 substitutus fuerit, necne. Imò non erat

ratio distinguendi: partim quia fictitiu oculu nil confert, sed non aliter consideratur, ac si omnino non esset: partim quia periculum est, ne oculus ille rursus excidat, & signum detegatur.

Dubitatur II. utrùm deformitas inducat irregularitatem absolutam respectu omnium Ordinum?

Resp. cum Authoribus, in num. 31. citatis affirmatiue. Ratio est: quia motiuum, propter quod deformitas causat irregularitatem, est universale, atque ad omnes Ordines se extendit: qui enim horrorem, risum, aut scandalum parit, quando fungitur officio Sacerdotis; plerumque risum, horrorem, aut scandalum pariet, quando fungitur officio Diaconi vel Subdiaconi.

Dubitatur III. utrùm, si deformitas superueniat Ordinibus, jam susceptis, illorum exercitium impedit?

Resp. quòd, si loquamur de exercitio publico, mihi probabilius videatur, illud censeri impeditum: quia fundamentum hujus irregularitatis peristit, siue quis deformitatem habuerit ante susceptionem Ordinum, siue postea in eandem incidit.

At, si loquamur de exercitio privato, post Innocentium ad cap. de Presbytero 1. de Corpore Vitae. tradit. P. Engel d. l. num. 10. illud subinde excellentia Episcopi fieri posse. In specie de leprosis cum Syluestro in P. Corpore Vitae q. 7. docet Clariss. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. n. 11. quòd priuatum celebrare non prohibeantur. Idem de eo, qui morbo caduco laborat, rarius tamen cadit, nec spurta e vomit, adstruit cum Layman. P. Reiffenstuel d. l. n. 19. quòd nempe in privata Capella celebrare possit; adjuncto ei Sacerdote aliò, qui Missam profequatur, casu quòd ille deficeret. Consentit Schambogen ad cit. tit. n. 10.

§. V. Quis dispensare possit in Vitiu Corporis?

- 271 **I**mpedimentum, quod gignit vitium corporis, tollitur per dispensationem Sedis Apostolicæ: nec enim in Testamento Novo vitium corporis irregularitatem causat ex alio Jure, quam Ecclesiastico; esto in Testamento Veteri qua avertit impedimentum de Jure Diuino, non quidem ex præcepto morali sed ceremoniali. P. Wiellner ad saepe cit. tit. de Corpore Vitae. n. 23.
- 272 Interim S. Pontifex non tam facile dispensat in vitiu, quod multum est notabile, ac magnam irreuerentiam Sacramento, vel grave scandalum in populo excitare potest. P. Wiellner ad eund. tit. num. 15.
- 273 Eumque in finem, quando dispensatio sollicitur, dat commissionem vel Datario, si corpore vitiatu sit presens; vel loci Ordinario, si ille vitiatu sit absens, ut su-

per defectu corporis antecederet inquirat P. Wiellner d. l. n. 24.

De Episcopo disceptari potest, utrùm aliquando dispensare possit in hac irregularitate? Ubi

Resp. & dico I. Si vitium corporis proveniat ex mutilatione culpabili alicujus membri occulto, proindeque non patens, sed occulta sit mutilatio, Episcopus rectè dispensat. Pro hoc enim casu intelligitur concessa dispensandi facultas in Concilio Tridentino. sess. 24. de Ref. cap. 6. quatenus ibidem Episcopo permittitur est, in irregularitate, quæ provenit ex delicto occulto, dispensare. Tamburinus cit. cap. 3. §. 2. n. 8.

Resp. & dico II. Si vitium corporis proveniat ex mutilatione manifesta, debilitate, vel deformitate indubitata, Episcopo citra specialem licentiam S. Pontificis, dispensare non licet per textum in cap. cum de tua 2. de Corpore Vitae. Ratio est: quia non licet Episcopo extra casus, in Jure permittos, in Legibus Ecclesiasticis dispensare. Tamburinus d. l. §. 2. num. 10.

deformitate indubitata, Episcopo citra specialem licentiam S. Pontificis, dispensare non licet per textum in cap. cum de tua 2. de Corpore Vitae.

Ratio est: quia non licet Episcopo extra casus, in Jure permittos, in Legibus Ecclesiasticis dispensare. Tamburinus d. l. §. 2. num. 10.

282 Resp. & dico III. Si dubiu sit de vitiu corporis, utrùm sit notabile, atque ad irregularitatem sufficiens, potest Episcopus, si non dispensare, saltem declarare, vitium corporis tantum non esse, ut obstat Ordinum susceptioni. Abbas in cap. de Presbytero de Corpore Vitae. num. 1. P. Engel ad eund. tit. num. 19. P. Reiffenstuel

num. 20. P. Schmalzgrueber n. 16. Tamburinus d. l. §. 1. n. 24. & §. 2. n. 3. Ratio est: 248 tum quia, sicut a S. Pontifice determinari non potuit, qualiter in individuo corporis vitium comparatum esse debeat, ut inhabilitatem ad Ordines operetur; ita credendum est, quòd illam determinationem reliquerit arbitrio Episcopi, tanquam prudentis Judicis per cap. communiter 3. Dist. 33. tum quia, si dubium sit Juris aut facti, an irregularitas sit contracta, presumpcio fiat contra irregularitatem; adeòque Episcopus si non dispensare, saltem declarare potest, irregularitatem non fuisse contractam.

SECTIO IV. De Homicidio & Mutilatione.

SUMMARIA.

- 286. Subjicitur descriptio homicidii. 287. & seq. Est occisio hominis viventi. 290. & seq. Faciens, ut accidens ab Ordinibus repellatur. 292. & seq. Mutilatio est amputatio membri, pariter ab Ordinibus repellens. 296. Describitur homicidium necessarium. 297. & seq. Non causat irregularitatem, quando fit propter conservationem vite. 300. & seq. Etiam parentum, propinquorum, & aliorum innocentium. 302. & seq. Dnummodo observetur moderamen inculpata tela. 304. & seq. Aliis irregularitas non declinatur. 308. & seq. Siquis alterum intret ad homicidium, non fit irregularis, nisi illud rationabiliter prouiderit. 310. & seq. Homicidium ad conservandam pudicitiam non causat irregularitatem. 314. & seq. Nec homicidium ad conservationem bonorum in notabili quantitate, si aliter seruari nequeant. 317. & seq. Propanatur fundamenta sententia contraria. 323. & seq. Subjuncta responsione diluuntur. 332. & seq. Qui potest inuictorem per fugam declinare, non fit irregularis, si miles aut milicie sit, ex multorum sententia. 325. & seq. Hac tamen non approbatur. 338. Describitur homicidium justum & injustum. 339. Homicidium, etiam justum, producit irregularitatem. 340. Index, qui profert sententiam sanguinis, secunda morte vel mutilatione, fit irregularis. 341. & seq. Non item, qui iudicium sanguinis delegat. 343. Ant. si mors vel mutilatio non sequatur. 344. Ant. sententia per condemnationem Principis executioni non mandatur. 345. Beneuè, si aliter ac indirectè reum occidat. 346. Inquisitor heretice prauitatis excusatur ab irregularitate. 347. Qui subscribit sententiam sanguinis, siue irregularis. 348. & seq. Inuictus, priuatum respondentem de pena sanguinis, non fit irregularis. 350. & seq. Uti nec Confessorius, esto Judicis precipiat dilationem talis supplicii. 352. & seq. Accusator, Advocatus, & testis in eadem causa redduntur irregularis. 359. & seq. Circa accusator additur limitatio, si agant ciuilitur in sua & suorum causa. 366. & seq. Cum preestacione contra poenam sanguinis. 368.

& seq. Executores & coadiutores in executione contrahunt irregularitatem. 371. & seq. Non item qui remaneant concurrent. 375. Agitur de homicidio voluntario iniusto. 376. & seq. Qui mandat homicidium aut mutilationem, est irregularis. 378. & seq. Esto tanquam mandetur verberatio, & homicidium aut mutilatio sequatur. 381. & seq. Esto etiam mandatum sit reuocatum, non tamen intumescit. 383. & seq. Imò esto mandatarium nihilominus occidisset, aut mutilasset. 385. & seq. In assassinio sufficit mandatum sine illius executione. 387. & seq. Consulens quoque, secusò esse, evadit irregularis. 389. & seq. Non autem, si consilium reuocet. 391. Aut consilio non mouet ad occidendum. 392. Aut consilium minus malum. 393. & seq. Cooperatores insuper implicantur irregularitate, licet propria manu non mutilent, aut occidant. 397. & seq. Reihabentur excusantur. 399. & seq. Eliditur oppositio. 402. & seq. Non impediens quoque excusatur, nisi obligeat impedire ex iustitia. 405. & seq. Obsequio soluitur. 408. Agitur de homicidio & mutilatione in bello. 409. & seq. Præsumitur distinctio inter bellum justum & injustum; offensiuum & defensiuum. 411. & seq. In bello iniusto omnes milites sunt irregularis. 414. & seq. In bello iusto offensiuo illi sunt irregularis, qui propriis manibus aliquem occidit, vel mutilatur. 418. & seq. In bello iusto defensiuo, quod suscipitur ex necessitate, nulla inducitur irregularitas. 426. Secus est, si suscipitur ex libera voluntate. 427. Homicidium casuale est duplex. 428. & seq. Si profus sit involuntarium, non operatur aliquam irregularitatem. 433. Si indirectè sit voluntarium, & sequatur ex altione licita, parit irregularitatem, presupposita culpa lata. 439. & seq. Sin ex altione licita & periculosa sequatur, nullam requirit culpam. 443. Requirit autem, si illa actio periculosa non sit. 444. & seq. Offenditur, qualiter in dubio presumenda sit irregularitas. 451. & seq. S. Pontifex dispensat in omni irregularitate ex homicidio vel mutilatione. 461. & seq. Episcopus non dispensat.

spensat, si homicidium vel mutilatio sit notoria. 467. Nec etiam, si homicidium occultum sit, sed voluntarium autem, si necessarium sit, ac excessus in moderamine admittitur. 466. & seq. Item, si casuale mixtum sit. 468. & seq. Item si mu-

tilatio sit occulta. 470. Uti & si defensus lenitatis sit occultus. 471. & seq. Explicatur, quid sit delictum occultum. 474. & seq. Explicatur, quid sit delictum, ad forum contentiosum non deductum. 476. Reddunt aliquem debilem non est irregularis.

§. I.

Quid sit Homicidium & Mutilatio?

- 286 Quartum impedimentum & speciem irregularitatis ponit Homicidium & Mutilatio. Homicidium in presenti est occisio hominis vivens, faciens, ut occidens ab Ordinibus repellatur.
- 287 Dixi I. occisio hominis vivens. Ubi tamen non refert, an homo jam natus sit, an adhuc in utero matris delitescat: nam Stoicorum sententia, existimantium, foetum in utero non esse hominem, sed portionem matris, quamquam a quibusdam JCtis, uti videre licet in l. negat lex 2. ff. de Mortuo infer. l. in salucia 9. §. 1. ff. ad L. Falcid. fuerit approbata;
- 288 alius tamen & melioribus displicuit. l. si quis 38. §. 5. ff. de Pen. conformiter Juri Divino & Canonico in cap. Moyses 9. XXXII. q. 2. cap. si alius 5. de Homicid.
- 289 Sin autem foetus in utero necdum fuerit animatus, tunc licet gravissimum peccatum per procreationem abortus admittat, idque homicidio equiparetur in d. cap. si aliquis 5. nulla tamen irregularitas incurritur per textum manifestum in cap. si sine ex 20. d. 1. Gonzalez ad cap. si aliquis n. 8.
- 290 Dixi II. faciens, ut occidens &c. Ratio, propter quam homicidium parit irregularitatem, est defectus mansuetudinis & lenitatis Christianae: videbatur enim incongruum, ut Christi Domini, Agni mansuetissimi, Sanguinem in Altari consecret, qui sanguinem
- 291 humanum effundere non erubuit: cum etiam

in antiqua Lege DEUS non voluerit, ut Templum Hierosolymitanum a Davide, qui multum sanguinis effuderat, sed a Salomone, Rege pacifico, aedificetur, & consecratur 1. Paralipp. cap. 22. §. 8. Gonzalez ad cap. de castro 11. de Homicid. n. 4. in f.

Mutilatio est amputatio membri, seu par-
tis corporalis, quae juxta num. 207. propriam & principalem operationem habet a natura, ejusmodi est oculus, auris, manus, pes, lingua, nares, maxilla, mamilla feminae, genitalia. Haecque mutilatio, cum mansuetudini & lenitati Christianae repugnet, mutantem non minus irregularem facit, quam occisio per cap. Clericus 5. Ne Clerici vel Monachi &c. cap. in Archi-Episcopatu 4. de Raptivib. Quando autem non membrum, sed pars membrum, quae scilicet principalem operationem non habet, sed tantum coadjuvat, amputatur, ac v. g. digitus abscinditur, dentes excutuntur, labra corraduntur, auricula seu cartilago truncatur &c. nulla inferitur irregularitas: quia, tamen Christianae mansuetudini & lenitati talis mutilatio contraveniat, in Jure tamen pro inferenda irregularitate nullibi sufficiens indicatur. Panormitanus ad cap. cum ikorum 32. de Sentent. excommunicatis. n. 8. Covarruv. in Clem. si furiosus de Hom. p. 3. n. 8. Gonzalez ad cit. cap. de castro, num. 6. P. Wiestner ad tit. de Homicid. n. 8.

§. II.

Utrum irregularitas inducatur ex homicidio, vel Mutilatione necessaria?

- 296 Homicidium (idem est de mutilatione) dividitur in necessarium, voluntarium, & casuale. Necessarium est, quod committitur ex quadam necessitate, videlicet ex causa defensionis: Et quidem I. necessarium censetur, quod peragitur ex causa defendendi vitam propriam, nec ullam inducit irregularitatem per textum clarissimum in d. Clem. si furiosus us. de Homicid. ubi Abbas n. 10. Covarruv. p. 3. §. un. n. 1. & 5. Ratio est: quia, ex quo defensus vitae propriae est omni Jure concessa, quatenus ordinata charitas desiderat, ut salvem & conservem vitam, etiam cum jactura alterius: nulla profecto irregularitas statui debet in eum, qui injustum aggressorem ad defensionem vitae propriae occidit. Nec enim, ut memini, deliquit nec, ut facile demonstrari potest, defectum in lenitate patitur: quia, si crudelis sit, qui seipsum tantum mutilat, vel in sui mutilationem consentit ex num. 211. certe non crudelis,

sed charitatis Christianae observantissimus appellari debet, qui, ne mutiletur, ut occidatur, per alterius occisionem aut mutilationem impedit.

Haecque defensio sine irregularitatis metu extenditur etiam ad defensionem vitae parentum, liberorum, propinquorum, quin & extraneorum innocentium. P. Engel ad tit. de Homicid. num. 18. P. Wiestner ibid. num. 27. P. Haunold de J. & J. 10. c. 1. n. 3. 18. contra Pignatellum 10. 7. consult. 201. n. 5. Textus in cap. fortitudo 5. XXXIII. q. 3. cap. dilecto 6. §. & quidem de Homicid. ubi S. Pontifex, qui potuit, inquit, hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit. Ratio est: quia non tantum possumus, sed etiam ex charitate, pietate, vel justitia quandoque debemus, proximum, in necessitate constitutum, adjuvare, & contra improbum invasorem defendere.

Semper tamen in casu hujusmodi defensionis observandum est moderamen inculpatae tutelae

- tutela; ut scilicet in defensione sui vel aliorum, ac occisione vel mutilatione aggressoris taliter quis se gerat, ut, si minus fecisset, fuisset in periculo moraliter certo constitutus subeundi mortem. Haunold cit. l. n. 301. Unde communiter ad inculpatam tutelam a DD. tria requiruntur. I. est, ut praecesserit invasio, provocatio, vel insultus ex parte adversarii; II. est, ut mortiferis armis vel instrumentis fiat invasio; III. est, ut defensio fiat in continenti, seu in actuali periculo vitae; ceteroquin, si cessante periculo suscipiatur, non amplius rationem defensionis sed vindictae praefert. Et, quamvis aliqui desiderarent IV. ut defensio paribus armis institueretur: id tamen nec textum in l. si ex plagis 5. §. 1. ff. ad L. Aquil. convenit, nec sane rationi: cum enim defensio fieri debeat in continenti, plerumque nec locus nec tempus est, inquirendi vel sollicitandi armorum paritatem. Conferantur Pignatell. d. l. num. 7. & seq. Haunold cit. l. Clariss. D. Blumacher ad Constit. Carolin. 305. art. 143. n. 4. Quod si quis moderamen inculpatae tutelae transgredietur, nec poenam extraordinariam, nec irregularitatem evitat
- 306 cap. significasti 18. de Homicid. Eoque sensu accipiendi sunt textus in cap. de his 6. cap. si quis 8. Dist. 50. & in Concilio Trid. sess. 14. de Ref. cap. 7. in quorum prioribus is, qui causa defensionis occidit, & susceptione & exercitio Ordinum repellitur; in posteriore facultas dispensandi cum taliter occidente Ordinario committitur. Supponendum nempe, quod in defensione moderamen inculpatae tutelae servatum non fuerit, uti cum Suarez & Barbosa de Off. & pot. Episcop. alleg. 39. n. 54. bene notavit P. Wiestner ad cit. tit. de Homicid. n. 31.
- 308 Planè si quis alterum irritaverit, ac verbis injuriosis, aut levibus verbis contra se concitaverit, non prohibetur eundem, postea occidere volentem, preveniendo occidere, citra timorem irregularitatis: utpote cum adhuc stringat necessitas defensionis, ut cum Soto tenet Sylvester citatus apud P. Wiestner ad d. t. n. 33. dummodo non praeviderit rationabiliter, periculum occisionis ex illa irratione vel concitatione secuturum: tunc enim homicidium crederetur antecedenter voluntarium in causa, veluti cum aliis docet cit. P. Wiestner n. 34.
- 310 II. censetur homicidium necessarium, quod intentatur ad conservationem pudicitiae. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 9. dub. 12. Textus in l. lege Cornelia 1. §. 4. ff. ad L. Cornel. de Siciari.
- 311 Ratio est, non solum, quia pudicitia est plurimum aestimanda, quam vita; sed etiam quia periculum occurrit, grave peccatum admittendi: unde melius est, quemcumque nocentem inermere, quam DEUM offendere.
- 312 III. reputatur homicidium necessarium, quod suscipitur ad conservationem bonorum temporalium, si illa magni fuerint momenti, nec aliter conservari possunt, quam per occisionem furis aut praedonis. Quod enim tale

homicidium sit licitum, defendunt Covarruv. ad cit. Clem. si furiosus p. 3. §. un. n. 6. Farinac. Prax. Crim. q. 125. n. 168. Gonzalez ad cap. si perfodians 3. de Homicid. n. 11. Clarissimi DD. Facultatis nostrae Collegae P. Engel ad eund. tit. 6. n. 21. P. König ibid. n. 39. D. Franz ad tit. Inst. de Obligat. qua ex del. p. 2. n. 21. Ratio est: tum quia defensio rerum suarum sine distinctione vel determinatione mediè est concessa l. retto 1. Cod. Unde vi. tum quia violentus invasor etiam vi & armis repelli potest juxta l. quod est 3. §. 9. ff. de Vi & vi arm. tum quia furem nocturnum occidere, simpliciter est permittum in l. furem 9. Cod. ad L. Cornel. de Siciari. cap. si perfodians 3. de Homicid. tum denique: quia pars notabilis bonorum videtur esse pars vitae, quatenus vita non potest servari vel propagari sine bonis. Quod praeterea in memorato casu non inducatur irregularitas, statuunt et citatis Covarruv. Gonzalez, König, Wiestner cum P. Pirhing loc. max citandò. Ratio est: partim quia in cap. quia te 38. Dist. 50. penitus absolvitur a judicio & poena, qui homines plures interfecit ex causa libertatis: partim quia in cap. si quis 6. §. 18. XXIII. q. 3. laudatur, qui fortitudinem latronis, piratae, & furis evasit, eosque ultimos reddidit, ut membra debilitata a malo opere cessent: unde deducitur, mutilationem quoque talium personarum non esse reprobandam, aut irregularitate puniendam: partim quia, ut ante probatum, occisio furis ob conservationem bonorum delictò caret; & quia non minus defectu lenitatis caret, dum non sponte, sed ex quadam necessitate defensionis suscipitur: deficit fundamentum, ex quo irregularitas statuitur.

Sylvester in V. homicidium 2. n. 11. Navarr. 317. Gutierrez, Molina, Avila, & alii, quos citat P. Pirhing ad cit. de Homicid. n. 82. asserunt, ex occisione vel mutilatione propter conservationem bonorum temporalium, irregularitatem incurri; seque fundant l. in Clem. us. d. 1. ubi solum ab irregularitate excusatur, qui mortem aliter vitare non valens suum occidit vel mutilat invasorem. II. in cap. interfecisti 2. de Homicid. ubi de Presbytero, qui se suaque liberando interfecit furem aut latronem, dicitur, quod, quamdiu visus, penitentiam agere debeat. III. cap. si perfodians 3. d. 1. ubi furem nocturnum duntaxat occidere, permittitur: quia discerni non potest, utrum ad servandum vel occidendum veniat; diurnum autem occidere, non permittitur, nisi reus, hoc est, armis se defendat, atque adeo vitæ periculum imminet. IV. in cap. suscipiendis 10. d. 1. ubi, quod latronem furantem occidit, jubetur absolvere humiliter ab Altaris ministerio: quia contra eum mansuetudinem Ecclesiasticam egit, dum magis expediebat, post tunicam relinquere, pallium, & verum sustinere jaculum, quam pro conservandis vilibus rebus & transitoris tam arriter in alios excrescere. V. in cap. significasti 18. d. 1. ubi Canonice Regularis, qui latronem pro defensione rerum Ecclesiae percussit, irregularis

- laris iudicatur, quando constare potest, quod lethale vulnus infligerit. VI. in ratione, quod limites Christianæ lenitatis & charitatis excedat, qui, ut servet res temporales & transitorias, alterum vitæ corporis, & forsitan animæ, non amplius recuperanda, privat.
- 323 Verum non desunt responsiones ad istas oppositiones. Ad I. Resp. ex eo, quod unicus tantum exprimitur casus in *cit. Clem.* quod absoluitur occidens ab irregularitate, videlicet evitatio mortis, non licere per argumentum a sensu contrario in materia tam odiosa ceteros omnes casus excludere: cum juxta *num. 314.* sit etiam admittendus casus, quod quis alterum ad defensionem libertatis occidit; in ipsa quoque *Clem.* sit addendus casus, non expressus, nempe si ebrius perfecte talis aliquem occidat; & si occidat sobrius in vasore, quando non adest periculum occisionis sed mutilationis.
- 325 Ad II. Resp. quod in *cap. interficisti 2.* supponatur, furem, qui occisus est, *comprehendi potuisse absque occisione;* in qua suppositione, citra excessum contra spiritum lenitatis, & inde fluentem irregularitatem, non est concessum, alterum occidere. In alia suppositione si textus allegatus accipiatur, pugnat profecto contra ipsosmet adversarios: cum etiam ille, qui se suaque liberaturus, id est, & vitam & bona defendens, alterum interficit, debet irregularis pronuntiari.
- 327 Ad III. Resp. ex *cit. cap. perfidens 3.* furem nocturnum ob allegatum periculum semper impunè occidi posse; ad occisionem autem faris diurni, ut impunis sit, requirit, ut fur armatus veniat, atque adeo res ablatas armis defendat, quod minus ei resisti, retum ablatio impediri, aut fur apprehendi valeat. Unde ex paritate rationis deducitur, quod, si res ablatæ non possint aliter conservari, quam per occisionem furis, occisio illa non censetur esse prohibita.
- 329 Ad IV. Resp. in casu *cap. suscipimus* neque bonorum partem notabilem ablatam, neque moderamen inculpate tutelæ fuisse servatum: tum quia Religiosi, qui poterant latrones ligare, poterant etiam illos superare vel aufugare, citra periculum vitæ vel bonorum; tum quia, qui latrones ita ligatos occidit, habebat facultatem effugiendi, & res suas secum asportandi. Unde occisio latronum excessiva, atque irregularitatis inductiva merito fuit iudicata.
- 330 Ad V. Resp. rursus in casu *cap. significasti* inculpate tutelæ limites non fuisse servatos, dum vulnus erat inflictum ob factam, quod aliter impediri potuisset, nempe per solam vo-

ciferationem, quæ auditâ, parochiani venissent in suppetias.

Ad VI. Resp. limites Christianæ charitatis non excedi, quando aliquis charissimam nobis portionem & vitæ subsidium per summam injuriam eripere conatus, per nostram defensionem subit periculum corporis & animæ, in quod temerè seipsum coniecit: alioquin, si magis alieno sceleri connivere, quam nostræ utilitati deberemus prospicere, laxaretur improbitati frænum, & recluderetur patens janua prædonibus & latronibus, vi armatâ quemlibet rebus suis spoliandi.

Exquires: utrum, qui potest in vasore de-clinare, & fugiendo sibi consulere, teneatur fugere, & occisionem in vasore committere, si velit irregularitatem evitare? Covarruv. si velit irregularitatem evitare? Covarruv. ad *cit. Clem. p. 3. §. un. n. 1. & 4.* & alii, quos refert, & sequitur P. Wiestner ad *tit. de Homicid. n. 35. & seq.* distinguunt inter personas, an sine periculo infamiae possint fugere, quales sunt homines plebei & Ecclesiastici; an verò non possint arripere fugam absque periculo alicujus notæ, cujusmodi sunt milites & nobiles seculares.

Primæ sortis personæ teneantur fugere, si velint irregularitatem evitare per *cit. Clem. un. de Homicid.* quia mortem fugiendâ possunt evitare; & si non fugiant & occidant, non occidunt ex necessitate sed libera voluntate. Secundæ sortis personæ non tenentur fugere: quia periculum infamiae & mortis æquali passu apud milites & nobiles procedere videtur *arg. l. isti §. 2. ff. Quod metus causa. l. i. §. 9. in pr. ff. de Mammis. vind. imò non pauci famam subinde ægrius, quam vitam amittunt.*

Cum autem ab Alexandro VII. sit reprobata propositio, quod *Vir Equitris, ad duellum provocatus, possit illud acceptare, ut similitatis notam, apud alios incurras;* multum dubitare licet, an miles aut nobilis, ab altero in vasum, non teneatur fugere, sed in vasore occidere possit, ne ignavia notam incurrat. Prudentes siquidem, & secundum principia Evangelii sapientes, non ignominia sed gloriæ vertent, quod in vasum maluerit alterius vindictam effugere, quam in vasorem aternâ & temporali vitâ exuere, prout in simili discursu P. König ad *tit. de Homicid. n. 23.* Unde, si casus ad Sedem Apostolicam devolveretur, probabilius existimo, talem occisorem pro irregulari declarandum fore, quod mortem aliter evitare valens, contra dictam Christianæ mansuetudinis, mortem intulerit. Vid. Covar. d. l. Pignatell. *com. 7. consulti. 20. num. 7.* ubi à S. Congregat. generaliter declaratum refert, eum, qui causâ honoris insequitur inimicum, & occidit, irregularè esse.

§. III

Qualiter irregularitas inducatur ex Homicidio, vel Mutilatione voluntaria?

- 338 Homicidium voluntarium (idem est de mutilatione) dicitur, quod citra necessitatem ex libera & deliberata voluntate com-

339 Homicidium justum, tametsi culpâ vacuum & meritorium sit, utpote factum ex virtute, justitiam vindicative; nihilominus irregulares facit omnes, quotquot ad illud proximè concurrunt *cap. aliquantulum 1. cum 2. seqq. Dist. 51. cap. Clerici 5. Ne Clerici vel Monachi &c.* Patientur enim defectum in lenitate, nec antecensentur ad Altaris officium, in quo Divinus & mitissimus Agnus offertur, qui, citra necessitatem, humanum sanguinem effundere, licita quoque ex causa nituntur. Gonzalez ad *cit. cap. Clerici 5. num. 6. & ad cap. de cetero 11. de Homicid. n. 11.* Pro cuius exactiori intelligentia

340 Dico I. Judex, qui profert sententiam sanguinis, ex qua sequitur mors aut mutilatio, sit irregularis. Textus in *cit. cap. Clerici 5. cap. sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi. cap. in Archi-Episcopatu 4. de Raptorib. cap. ex literis 10. de Execub. Pralat. prop. su.*

341 Dixi I. qui profert sententiam sanguinis. Aliud est, si iudicium sanguinis generatim alicui delegetur: sic enim Prælati Ecclesiastici, qui Jurisdictionem Territorialem & Imperium Merum exercent, solent & debent suis Officialibus & Consiliariis causas sanguinis demandare, ut nempe omni meliori modo justitiam admittrent; nec tamen irregularitatem contrahunt *cap. ult. Ne Clerici vel Monachi in 6.*

342 ubi Passerin. *num. 11. & seqq.* Et licet illa sit regula, quod quis per seipsum videatur facere, quod facit per alium; at tamen illa fallit in hac odiosa irregularitatis materia, ubi non tam fido Juris, quam veritas attenditur: cum utique magis in spiritu lenitatis excedat Judex delegatus, qui sententiam sanguinis concipit, quam delegans, qui generatim ei Jurisdictionem criminalem committit.

343 Dixi II. ex qua sequitur mors aut mutilatio. Inprimis enim si Judex tantum jubeat, delinquentem flagellari vel aliter cædi, absque eo, quod mors aut abscisio membri consequatur, irregularis non efficitur per *cit. cap. in Archi-Episcopatu 4. de Raptorib. P. Pirhing ad 344 tit. de Homicid. n. 96.* Deinde, si quidem sententia mortis aut mutilationis feratur, etiam tamen, ob condonationem Principis, gratiam facientis, executioni non mandetur, propter mortem aut mutilationem, actu non secutam, nulla inferitur irregularitas. P. Pirhing *cit. n. 96.*

345 Sin autem Judex non quidem profert mortis aut mutilationis sententiam, sed mandat, ut reo denegentur alimenta, vel deturdat in carcerem, in quo verosimiliter intra paucos dies moriturus crederetur, eò mortuò sit irregularis. Covarruv. in *saep. cit. Clem. un. de Homicid. p. 2. §. 5. n. 7.* Gonzalez ad *cit. cap. de cetero d. 1. n. 10.* quia reipsâ sententiam, ex qua mors sequitur, dictasse videtur.

346 Interim Inquisitores hæreticæ pravitatis, eorumque commissarii & consultores, ex speciali fidei favore, possunt hæreticos Judici Seculari extradere, & apud eos etiam cum minis instare, ut penam ignis exequantur, ve-

lutè à Paulo IV. & Pio V. decisum refert P. Wiestner ad *d. n. 24.*

Dico II. Assessor, consiliarius, & alius qui sententiæ sanguinis, ex qua mors aut mutilatio sequitur, subscripsit, irregularis est. Colligitur ex textibus in *cap. aliquantulum 1. Dist. 51. cap. bis à quibus 30. XXIII. q. 8. cap. Clerici 5. Ne Clerici vel Monachi &c.* ubi generatim irregulares dicuntur, qui iudicium sanguinis exercent. P. Engel ad *tit. de Homicid. n. 61.* P. Pirhing *ibid. n. 96.*

Jurisperitus e contra, sive Clericus, sive Laicus sit, qui interrogatus de reo, num penam sanguinis meruerit, respondet, quod sic, probabiliter non incurrit irregularitatem; dummodò publicâ autoritate ad respondendum in criminalibus constitutus non sit, aut Judici determinatè non suadeat, ut penam sanguinis exequantur, veluti tenent Layman. *Theol. Mor. lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 7. num. 7.* Pirhing *cit. l. n. 98.* P. Wiestner ad *cit. tit. num. 23.*

Ratio est: quia etiam, qui docet in schola, & typo subicit, quod reus talis & talis criminis capitali supplicio sit afficiendus, non incurrit irregularitatem: quia hic & nunc in mortem delinquentis non influit. Ergo nec ille irregularitatem contrahit, qui in casu particulari consultus respondet, delinquentem penâ capitali posse coerceri: quia hic & nunc in mortem delinquentis influere non censetur: est enim iudicis vel alteri, consilium expetenti, liberum, vel sine consilio ac responsum Jurisperiti in praxin redigere, vel non: adeoque mors secuta non adscribitur consilienti, sed exequenti.

Quin imò Confessarius adhuc plus concessum est, quod nempe Judici, penitentis & querentis, non tantum sententiam mortis suadere, sed etiam, si Judex sequi detrectet, absolutionem negare possint. Gonzalez ad *cap. de cetero 11. de Homicid. n. 10.* Layman, Pirhing, & Wiestner *cit. loc.* Ratio est: quia Confessarius, quantum est ex se, non intendunt mortem corporalem delinquentium, sed potiùs vitam & medelam iudicium consistentium; nec, quod faciunt, faciunt liberè, sed officii necessitate compulsi: unde absonum foret, per combinationem irregularitatis obicem illis ponere, quod minus officio suo salubriter fungantur.

Dico III. Accusatores, eorumque procuratores & advocati, nec non & testes in causa sanguinis, in qua sententia mortis aut mutilationis concipitur, & executioni mandatur, irregulares sunt. Covarruv. in *saep. cit. Clem. si furiosus un. p. 2. §. 5. n. 11. n. 5.* Gonzalez ubi supra. P. Pirhing *cit. l. num. 101. 111. & seq. P. Wiestner ad cit. tit. de Homicid. n. 11.* Textus generalis in *cap. si quis 8. Dist. 50. & cap. si quis 6. §. ult. de Homicid.* ubi generaliter irregulares esse supponuntur, qui homicidii facti, præcepti, vel consilii se fecerunt participes. Textus specialis de accusatore est in *cap. postulasti 21. de Homicid.* & in *cap. Prælati 2. eod. in 6.* ubi supponitur, eum, qui movet accusationem de crimine criminaliter, irregularem fieri.

XXIII. q. 8. ubi homicidii dicuntur rei, qui in rixa, ex qua sequitur mors, plagam imposuerunt; ceteri vero, qui impugnabant, similiter penitere jubentur; nec aliqui excusantur a noxa, nisi qui nec impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio nec auxilio cooperatores fuerunt. Covarruv. cit. l. 5. 2. n. 4. Zoëlius ad tit. de Homicid. num. 26.

395 Pirhing ib. n. 40. Wiestner ib. n. 46. Ratio est: quia omnes contra mansuetudinem delinquere censentur; & mors aut mutilatio, quæ fortè ex unius tantum vulneratione accidit, omnibus, auxilium præstantibus, tanquam communem causam foventibus, imputatur.

396 Dico IV. Qui cædem aut mutilationem, ab alio factam, tantummodò rathabet, non contrahit irregularitatem; sive cædes aut mutilatio ipsius nomine sit facta, sive nomine alterius. Sic contra Felinum in cap. sicut 6. de Homicid. n. 20. & Sylvestrum V. homicidium 1. q. 7. n. 11. concludunt Covarruv. cit. l. 5. 1. n. 4. Layman. Theol. Mor. lib. 3. tit. 3. p. 3. cap. 4. n. 6. Barbosa ad cap. ult. d. 1. in 6. n. 10.

397 Passerinus ibid. n. 8. Ratio est: quia rathabitio de cæde vel mutilatione commissæ est quidem peccaminosa; at, quia, si cædes aut mutilatio jam peracta supponatur, non amplius induit, causa deficit, ex qua produciatur irregularitas. Sanè, si nulla etiam adesset ratio, excludendi irregularitatem; sufficere deberet, quòd rathabitio nullibi agnosceretur ad pariendam irregularitatem sufficientem.

399 Dices: in Jure jam expressum esse, quòd irregularitas contrahatur ex mandato mortis aut mutilationis: sicque & hoc expressum esse, quòd contrahatur ex rathabitione, quæ mandato æquiparatur etiam in delictis, quando rathabitionis nomine sunt commissæ. cap. penult. de Sent. excommunicat. in 6. cap. rathabitionem 10. de R. J. eod. in 6.

400 Resp. in Jure quidem expressum esse, quòd mandato æquiparatur rathabitio etiam in delictis, sed quoad culpam duntaxat; quoad poenam verò id generaliter expressum non est, sed tantum in uno vel altero casu particulari, & nominatim in percussione Clerici, cui annexa est excommunicatio, quando is, in cujus gratiam facta est percussio Clerici, illam rathabet d. cap. penult. Unde, sicuti jam frequenter inlinuatum est, non licet ab uno casu ad alium non expressum, in odiosa pœnam materia, argumentum ducere.

402 Dico V. Qui cædem aut mutilationem impedire absque gravi periculo vel damno potuit, nec tamen impedivit, irregularis non efficitur, nisi sit obligatus impedire ex justitia, veluti sunt obligati servi respectu Dominorum, milites respectu Ducum & Officialium, Magistratus respectu subditorum & subditi respectu Magistratum. Sylvestr. V. homicidium 3. q. 1. Pignatell. 10. q. consulti. 71. n. 71. in fin. & seqq. P. Pirhing ad tit. de homicid. n. 42.

403 seq. P. Wiestner ibid. n. 66. Ratio est: quia, si quis tantum ex charitate obligetur,

impedire cædem aut mutilationem alterius, cædes aut mutilatio subiecta eidem non ascribitur per textum in cap. ult. XXIII. q. 8. homicidium enim aut mutilatio est peccatum contra justitiam; adeoque ubi non peccatur contra justitiam, non committitur homicidium aut mutilatio. Econtrà, si quis obligetur ex justitia, cædem aut mutilationem alterius impedire, nec tamen, cum urget obligatio, impediat, peccat contra justitiam, & homicidii vel mutilationis se reum facit: unde & pœnam irregularitatis, homicidii vel mutilationi connexam, non evitat.

Nec obioquitur vel textus in cap. sicut 6. §. 401 illi etiam de Homicid. ubi scriptum esse fertur: qui potuit hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit; vel textus in cap. quanta 47. de Sentent. excommunicat. ubi Innocentius III. eos, inquit, delinquentibus favore interpretamur, qui, cum possint, manifeste faciendi desinunt obviare.

Resp. enim ad I. textum, ibidem non esse sermonem de eo, qui solum non impedit, quando potuit impedire, sed de illo, qui insuper auxilium & consilium dedit, aut opem dare voluit ad committendum homicidium. Ad II. Resp. in illo tractari de excommunicatione, propter Clerici percussorem incurrendam; à qua, licet incurrat ab eo, qui potuit impedire, nec tamen impedit, ex dictis in §. 401. male arguitur ad irregularitatem, de qua in Jure nihil disponitur.

Porrò cum cædes & mutilationes nullibi frequentius accidant quam in bello; opere pretium fuerit, in præsentis §. ubi agimus de homicidio voluntario, ulterius inquirere, quomodo irregularitas inducatur ex homicidio vel mutilatione in bello? Ubi præcipuis distinguendum est inter bellum justum & injustum. Justum est, quod autoritate legitima, ex justa causa geritur. Injustum est, quod vel geritur autoritate non legitima, puta si belligerans non sit Supremus Princeps; vel ex causa non justa. Deinde est distinguendum inter bellum offensivum & defensivum. Offensivum est, quod movetur ad illatam injuriam vindicandam, aut obtinendum jus, ab altero violatum aut denegatum. Defensivum est, quod movetur ad se suaque defendenda, & vim injustam propulsiendam. Supposita hæc distinctione,

Dico I. Quando bellum est injustum, & facta est occisio vel mutilatio, milites in eo pugnantibus sunt irregulares, esto propria manu neminem occiderint, vel mutilaverint. Layman. Theol. Mor. d. tr. cap. 8. n. 2. Engelad tit. de Homicid. n. 57. Pirhing ibid. num. 114. Wiestner ibid. n. 46. Deducitur ex cap. si 42 quis 4. Dist. 51. cap. sicut 6. §. ult. de Homicid. cap. quod in dubio 5. de Pœn. Ratio est: quia in simili tumultu non tam attenditur occisio vel mutilatio singularum, quam occisio vel mutilatio aliquorum, quatenus, dum omnes belli inimicè ad rem illicitam auxilium præstant & opem, communi nomine occisio vel mutilatio facta censetur.

Dico

474 Dico II. In bello justo offensivo irregulares sunt, qui propria manu aliquem mutilant, aut occiderunt. Textus in cap. designata 2. Dist. 51. cap. peritio 24. de Homicid. P. Normitan. ibid. n. 1. Barbosa n. 7. P. Engelad eund. tit. n. 58. Schambogen n. 86. & ceteri Interpretes. Ratio est: quia, si bellum sit justum, omnes cooperantur ad rem licitam; indeque irregularitas non contrahitur propter injustitiam, sed tantum propter defectum lenitatis, qui tamen non reperitur apud alios, ac qui propria manu unum vel plures occiderunt, aut mutilant. Et, quamvis etiam isti videantur in necessitate defensionis constituti: attamen, quia antecedenter militiam, ex qua periculum occisionis vel mutilationis prævidere poterant, liberè susceperunt, carent spiritu mansuetudinis.

477 Quòd si quis dubitet, utrum in communi prælio, confictu, vel obsidione, simultaneè tormentorum aut sclopetorum solutione aliquem occiderit, aut mutilaverit, ac pro parte affirmativa stent rationes probabiles, juxta consilium S. Pontificis in cit. cap. peritio 24. abstinere debet à SS. Ordinibus; in leve sit dubium, ex sententia citat. P. Engel contemni debet. Velim autem attendi ad dicenda in num. 444. & seqq.

478 Dico III. In bello justo defensivo illi, qui pugnant ex necessitate, ad Ecclesie vel patrie defensionem, non sunt irregulares. Layman. cit. l. cap. 9. num. 2. Engel d. l. num. 59. Pirhing ad cit. tit. n. 115. Schambogen ibid. num. 85. Ratio est: tum quia defensio Ecclesie vel patrie non tantum licita, sed etià obligatoria est; sicque tam parum irregularitatem parit, quam defensio alia, ex necessitate suscepta: tum quia, si Ecclesia vel patria injusto aggressori vel invasori impune cedat, cum tamen per illius aut complicium suorum occisionem servari potuisset, urique peccatum infidelitatis, injustitiæ, & inobedi-

tiæ committitur: tum quia, qui patriam aut Ecclesiam defendit, majus præmium majorèque gloriam promeretur, ac qui seipsum & sua defendit per cap. unni timore 9. XXIII. q. 8. ut adeò per irregularitatem, quæ ipsum excludat à sublimitate SS. Ordinum, puniri non debeat.

Nec adversatur cit. cap. peritio 24. ubi proponitur casus, quòd inimici Crucis Dominicæ, ac blasphemæ Nominis Christiani, castrum quoddam graviter invaserunt, contra quo inhabitatores, tam Clerici quam Laici, exiverunt, ac confictu factò, quamplurimi hinc inde sunt occisi. Consultus itaque Pontifex ab aliquo ex illis Clericis respondit, quòd, si ipsum deinterfessione cuiusquam in illo confictu conscientia sua remordet, à ministerio Altaris reverenter abstinere debeat.

Resp. enim, nihil ibidem de Laicis dici, quòd irregularitate fuerint innodati, sed tantum de Clericis, qui, cum ratione statò ab armis abstinere debeant, etiam in bello defensivo sunt irregulares; nisi tanta sit necessitas, ut Laicorum numerus ad defensionem non sit sufficiens: tunc enim, sicut Clerici tenentur ad vigiliam & custodiam civitatis per cap. peritio 2. de Immunit. Ecclesiar. ita etiam ad arma convolare, & Ecclesiam vel patriam defendere obstringuntur. Cum ergo in casu cit. cap. non apparerit tanta necessitas, Clericus, qui Laicorù excuribus se sociaverat, irregularis declaratur, si putet, propriis se manibus quæpiam interfecisse. Gonzalez in Comment. ad cit. cap. peritio 24. n. 7.

Planè nec Laici declinant irregularitatem, quando in bello defensivo non pugnant, ex necessitate, tanquam subditi ac patriæ, sed ex libera voluntate, tanquam stipendiò conducti: deficit enim necessitas defensionis, & concurrat defectus mansuetudinis ex parte talium, qui propriam, non alienam defendere patriam obstringuntur.

§. IV.
Qualiter irregularitas ex Homicidio vel Mutilatione casuali consurgat?

427 Homicidium (idem de mutilatione sentiendum) casuale est, quod præter intentionem admittitur. Id, quod dupliciter evenire potest; primò ut proflus sit involuntarium, & nec directè nec indirectè intentum; secundo, ut sit voluntarium indirectè seu in causa, quatenus vel actio talis suscipitur, vel eum homicidii periculo est conjuncta; quæ non adhibetur ea diligentia, quæ debuisset adhiberi. De utroque differetur.

428 Dico I. Homicidium, proflus involuntarium, est extra tantum irregularitatis positum. Adeoque non tantum furiosus, infans, dormiens, aut alius, evagationis usus est ligatus (qualis est ebrius P. Wiestner ad tit. de Homicid. n. 70. & seqq.) per occisionem aut mutilationem, velut eidem proflus involuntarium, irregulares non sunt juxta Clem. si furiosus de Homicid. sed etiam, qui ratione præditi,

debita cum cautela exercuerunt actionem ex se licitam, ex qua præter expectationem aut opinionem mors aut mutilatio secuta fuit. Sic enim Clericus, qui, cum pulsandò campas nas populum ad Divina convocaret, tintinabulum, à quo puer vicinus graviter vulneratus occubuit, casu deiecit; ab irregularitate absolvitur in cap. Joannes 23. de Homicid. Sic etiam Presbyter, qui solvere nitentur laqueare, ex cujus ruina quidam extinctus erat, ab eadem irregularitate absolvitur: quia dedit operam rei licite, & casum hunc prævidere non potuit cap. ult. d. 1. Sic etiam Clericus, qui ab altero in terram projectus erat, non dicitur irregularis, licet cutellus, quem ad latus habuerat, profluerit in projectionem, & eum exanimaverit cap. lator 9. d. 1.

Dico II. Homicidium, indirectè voluntarium, Ooo 3 rium